Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ista et condemnabunt eam · quia penitentiam egerunt in predicatione ionae · Et ecce plus quam ionas hic
Regina austri surget in iudicio cum generatione
ista et condemnabit eam · quia venit a finibus terre au-
dire sapiam salomonis · Et ecce plus quam salomon
hic · Cum autem immundus spiritus exierit ab homine
ambulat per loca arida quaerens requiem et non inve-
nit · Tunc dicit · Revertar in domum meam unde exi-
vi · Et veniens invenit vacantem scopis mundatam
et ornatam · et vadit et assumit septem alios spiritus
secum nequiores se · et intrantes habitant ibi et fiunt
novissima hominis illius peiora prioribus · Sic erit
et generationi huic pessimae · Adhuc eo loquente
ad turbas · ecce mater eius et fratres stabant foris quaerentes
loqui ei · Dixit autem ei quidam · Ecce mater tua et fratres
tui foris stant quaerentes te · At ipse respondens dicenti
sibi · Quae est mater mea? Et qui sunt fratres mei · Et ex-
tendens manum in discipulos dixit · Ecce mater mea
et fratres mei · Quicumque enim fecerit voluntatem
patris mei qui in caelis est · ipse meus et frater et soror et
mater est · OFF. Medicabantur mandatis tuis quae diligere valde
et levabo manus meas ad mandata tua quae dilexi · SEC. Ho-
stias domine placationis offerimus ut et delicta
nostra miserando absolvas et mentes nostras tuae di-
gnaeris · PER · COMM. Intelligite clamorem meum intendite voci ora-
tionis meae rex meus et deus meus quoniam ad te orabo dne · POST.
Munere domine praesentis sacramenti et animas mun-
demur occultas · et ab hostium liberemur insidiis · Q
Mentes nostras quaesumus dne luminare tuae clarificatis · per pl.
illustra · ut videre possimus quae agenda sunt et ea
quae recta sunt agere valeamus · Per dnm · Sta ÿ · officium